



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 43. Urbanus redit Romam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. XLIII.

Urbanus redit Romam.

Sæcul XIV.

A.C. 1388.

Papa Urbanus contendebat semper regnum Neapolitanum suum solius esse, neque vel Ludovicum Andegavensem, vel Ladislaum agnoscebat Regem. Illuc venturus relicta sub medium Augustum Perusia cum exercitu Narniam petebat. Sed Perusia tantum decem milia passuum aberat, cum mulus, quo vehabatur, tam duriter in terram corruit, ut Papa multis in membris vulneraretur. Non tamen reverti Perusiam, sed Tibur trans Romam situm portari voluit. Delatum prope pontem hujus aliquem, ac pernoctare ibi cogitantem adibant multi Romani, orabantque magnopere, ut sedem repeteret suam: sed nihil agere se videntes discedebant. Papa procedens longius per Campaniam Ferentinum usque deferri se curavit. At stipendiis militi numerandis impar appropinquante hyeme, vellet, nollet, redire Romam cogebatur, quam ineunte Octobri intravit paucos habens obvios, & parum honorifice acceptus.

Th. Niem.
c. 69.

§. XLIV.

Concilium Palentinum.

Eodem tempore Cardinalis Petrus Lunius Clementis in Hispania Legatus Palen-